

continet, ut: Comissans^f Boemia, superba Francia, disciplinata Grecia, dominatrix Ytalia, pro Boemis, Francis, Grecis et Ytalicis hominibus, qui continentur in eis¹¹⁴. Aut id, quod continet, ab eo, quod continetur, denominabitur, ut si dicam: Pragensis populus muro est circumdatus atque vallo^g, pro Pragensi civitate¹¹⁵.

Quarta est circuitio, que est oratio rem simplicem assumpta circumscribens elocutione¹¹⁶, ut si voluerimus dicere: Pulcra fuit Elena, honeste dixerimus: Elene persona perspicue pulcritudinis fuit monilibus redimita¹¹⁷.

Quinta est transgressio, que ordinem verborum perturbat, et hoc fit vel perversione vel transiectione¹¹⁸. Perversione sic: *Salutavit me nuntius parte pro vestra quidam*. Transiectione hoc modo: *Seva Neronis tyrannides crudelitatem exercuit in Romanis*.

Sexta est superlatio, que est oratio superans veritatem alicuius augendi minuendive causa¹¹⁹, hoc modo: *Tota es dulcis, amica mea, tota suavis existis; loquela tua vox angeli, oculi tui oculi columbarum, persona tua statura Helene, vultus tuus facies est divina; tota es dulcis, amica mea, tota pretiosa refulges*¹²⁰.

Septima^h est intellectio, cum res tota de parva parte cognoscitur aut de toto pars¹²¹. De parva parte totum intelligitur sic: *Sexte hyemis*

f) comessans Hs.

g) valle Hs.

h) septimus Hs.

114) Vgl. die entsprechende Stelle bei Rhet. Her. IV 43 (Achar d S. 183). Ähnlich gebildete Beispiele wie bei Heinrich (Adjektiv + Land) finden sich bei Galfridus de Vinosalvo, Poetria Nova 1004f. (Faral S. 228) und ders., Documentum II 3, 38 (Faral S. 291).

115) Vgl. auch das letzte Beispiel zur denominatio bei Bene Florentinus, Candelabrum II 40, 13: *Bononienses sunt circumdati magno vallo; id est Bononia* (Alessio S. 63).

116) Vgl. Rhet. Her. IV 43.

117) Zur Schönheit der Helena vgl. Alanus, De Planctu Naturae XVIII Z. 74f. (Häring S. 876).

118) Vgl. Rhet. Her. IV 44.

119) Vgl. Rhet. Her. IV 44. Die vom Auctor unterschiedenen Unterabteilungen nennt Heinrich nicht.

120) Die Beispiele für a similitudine und a praestantia (Rhet. Her. IV 44, Caplan S. 340) waren vielleicht Anregung für Heinrich, dessen Beispiel teilweise aus Versatzstücken aus dem Hohen Lied zusammengesetzt ist. Vgl. Cant. 1, 14f.; 2, 14f.; 4, 1f.; 4, 7; 7, 7. Vgl. auch die Beispiele bei Guido Faba, Summa dictaminis CXXXX, Gaudenzi S. 364; Bonus Lucensis, Cedrus Libani XXV 6, Vecchi S. 36 und Bene Florentinus, Candelabrum II 43, Alessio S. 64f.

121) Vgl. Rhet. Her. IV 44 und 45 (Definition und Unterabteilungen).